¶ Roberti Whittintoni Lichfeldiēsis grā-matices magistri & prothouatis Anglie in florentissima Oxonienli achademia laureati de octo partibus orationis.

¶ Roberti whittintoni distichon.

Grammatice sautrix reliquas dat adire sorores.
Pegasidum pulses hac sine sero fores.

¶ Facūdissimi remacli florentis herastichō.

Gramaticen quisquis magnam aspernaris auenam.
Nec cupis e tanto gramine principium.
Lege itidem pauli reliquas postpone sorores.
Quas tibi muemosines sancta propago dedit.
Prima trahit partus primordia diua loquendi.
Ad socialeq huius ianua prima patet.

De octo partibus orationis.

GRammatica sciētia est cōgrue loqui recteq; scribere docens vsu ratione autoritateq; comitans.

¶ Grammatica dicitur a gramma grece quod latine dicitur littera: et ycā quasi scientia de litteris.

¶ Grāmatice partes sunt quatuor. Littera/syllaba/dictio ⁊ oratio. Cuius sensus sic accipiēdus est/q; prima pars grammatice sit de lr̄a/secunda de syllaba/tertia de dictione/quarta de oratione.

¶ Littera est minima pars vocis cōposite ex litteris que scribi potest individua

¶ Uox est aer ictus ad vocalem arteriam auribus accidens.

Uox dicitur a boo/as. mutata b/in v/⁊ vltima o/in x//versa.

Uox est duplex articulata et inarticulata.

Uox articulata est que ab aliquo mētis sensu proficiscitur: vt petrus gemitus.

Uox inarticulata est que a nullo mentis sensu proficiscitur: vt sonitus coax.

Uox articulata est duplex. litterata ⁊ illiterata.

Litterata vox ⁊ articulata est illa q̄ ab aliquo mētis sensu ꝓfecta scribi pōt: vt petrus. Illiterata vox ⁊ articulata est illa que ab aliquo mētis sensu profecta scribi non potest: vt gemitus.

¶ Uox inarticulata similiter est duplex. Litterata et illiterata.

¶ Litterata vox ⁊ inarticulata est illa que a nullo mētis affectu ꝓfecta scribi potest vt coax/cra.

¶ Illitterata vox ⁊ inarticulata est illa que a nullo mentis affectu profecta scribi non potest: vt tumultus.

Litterata ōr a litura vel a legendo quasi legitera: q; legendi iter prebet.

¶ Litteris accidunt tria. Nomē quas appellātur. Figura quas depinguntur. Potestas qua valent.

¶ Littere in hac distant ab elimētis q; elementa ꝓprie sunt ipse lr̄arū pronunciationes/littere vero figure sed confunduntur.

¶ Xe sunt in alphabeto due ⁊ viginti/a/b/c/d/e/f/g/h/i/k/l/m/n/o/p/q/r/s/t/v/x y/z. Ex his quinq; sūt vocales/a/e/i/o/⁊ u/. Uocales ideo dicte: q; plenā per se vocem facīūt: y/vocalis greca est ⁊ in grecis (nō aūt latinis) scribit dictionib⁹: vt tytyrus. Ceteras cōsonātes appellamus: quasi cū vocalibus sonātes. Sunt aūt sedecim/b/c/d/k/g/k/l/m/n/ꝑ/p/q/r/s/t/x. h/ nō est littera sed aspirationis nota.

¶ Consonantes diuiduntur in mutas et semiuocales.

¶ Mute sunt nouem/b/c/d/k/g/k/p/q/t.

Mute aūt ideo dicte: q; respectu aliarum litterarū parum sonant.

Semiuocales sunt septem/l/m/n/r/s/x/z.

Ideo dicte semiuocales: q; plenam vocem non habent.

Ex his due sunt liquide l/et/r/aliqñ eiā m/n/⁊ s/. Quas ideo liquidas appellam⁹/ q; post mutas posite facīūt precedentē syllabā breuem esse cōmunē: vt pharetra media longa: et pharetra media breui.

¶ Diphtongus est cōglutinatio duarū vocaliū vim suā seruantiū in eadē syllaba Diphtōgi sunt quinq; ae/oe/au/⁊ eu/⁊ ei. Harū due scribūtur ⁊ nō proferūtur ae et oe. au/eu/et ei. scribūtur ⁊ proferunt: vt audio/euge/⁊ hei. Virg. Hei michi q̄lis eram. ¶ Syll'a est vox litteralis q̄ sub vno accētu ⁊ vno spū indistanter ꝓfertur.

¶ Accidunt syllabe quatuor. Tenor/spiritus/tempus/et nūerus litterarum.

¶ Tenores. i. accentus sunt tres. Acutus grauis et circumflexus.

¶ Spiritus duo sunt: asper et leuis.

¶ Tempora tria. Breue/longum/⁊ commune.

¶ Numerus: q; syllaba constare potest ab vna ad sex litteras: vt a/ab/abs/stra/ trans/stirps.

¶ Dictio est minima pars dictiōis constructe. i. in ordine posite/pars autē quātum ad totum intellectum.

¶ Oratio est ordinatio dictionū cōgruā perfectamq; sententiam demonstrans.

¶ Oratio est duplex. Grāmatica q̄ constat ex nomine et verbo. Et rhetorica que cōstat ex sex partibus: hoc est exordio/narratione/diuisione/confirmatiōe/confutatione et conclusione.

De nominibus.

Pars oratiōis est vox indicās mētis ꝯceptum.

¶ Partes oratiōis sunt octo. Nomē/pnomē/verbū/participiū/aduerbiū/coniūctio/prepositio ⁊ interiectio. Ex his octo quatuor partes declinātur nomen pronomen et participium cum casu/verbū per tēpora et modos Reliquę sunt indeclinabiles.

¶ Nomen est pars orationis cū casum corpus aut rem proprie cōmuniter ve significans.

¶ Nomen dicitur quasi notamen q hoc notemus vniuscuiusq qualitatem.

¶ Nomen est triplex. Substantiuum/adiectiuum/⁊ relatiuum.

Substantiuū est quod in oratione per se subsistere potest: ⁊ vnico vel duob⁹ articulis ad summum inflectitur: vt hic magister/hic et hec sacerdos.

¶ Substātiuū est duplex. Proprium ⁊ appellatiuum.

Propriū est quod rē singularē ⁊ nō cōmunē significat: vt petrus/roma/tybris.

Propriū nomē est quadruplex. Pronomen/nomen/cognomen/⁊ agnomen.

¶ Pronomen est quo vsi sunt Romani ⁊ Sabini reuerentie vel amicitie causa: vt Quintus/Allus/Titus.

Nomen pronomen est qđ primo alicui rei inditur: vt andreas.

Cognomen est cognationis nomen: vt Scipio.

¶ Agnomen est quod alicui ab euētu imponitur: vt Romanus/Affricanus.

¶ Nomē proprie propriū natura sua caret plurali: vt patet in hoc versu.

Propria deficiunt plurali significanter.

¶ Quatuor tñ modis propria nomia pluraliter declinari possunt. Primo modo causa euētus: vt qñ euenit plures eodē nomine appellari: vt duo fuerūt Plinij maior et minor. Secūdo partitionis gratia: vt Galliarū altera superior/altera citerior Tertio autorū vsu. Marcialis enī scripsit. Sūt mecenates/sunt flacci/suntq⁹ marones. Quarto opiniōis causa: vt in illo virgiliano. Quid tantum oceano properant se tingere soles. Opinionē vulgi imitatus est qui vnoquoq⁹ die nonum solē oriri opinabantur.

Propria plurali quandoq⁹ petunt variari
Euentus causa vel cum partitio detur
Usus et autorum vel opinio cum varietur.

¶ Appellatiuū est cui⁹ significatū naturaliter cōe ē multor: vt homo/leo/arbor.

¶ Appellatiuū est multiplex. Corporale quod corpus significat: vt homo/lapis.

Incorporale quod corpus non significat: vt anima virtus.

¶ Omonimum. id est equinocum est quod non significatione sed voce conuenit: vt canis cancer.

¶ Simonimū est qđ nō voce sed significatione conuenit: vt ensis/mucro/gladius.

¶ Ad aliq̄d dictū est cui⁹ significatū ad aliq̄d dependet: vt dñs/seru⁹/pater/fili⁹.

¶ Nomen quasi ad aliq̄d dictū partim significat dependentiam: sed tñ posito eo non ponitur illud ad quod dependet: vt nox pies dexter siniſter.

Gentile est quod gentem significat: vt grecus/italus.

¶ Patriū est quod a patria sumitur: vt romanus romana.

Interrogatiuū est quod interrogatione profertur: vt quis.

Infinitū est quod incertum significat: vt quisquis/quicunq⁹.

¶ Collectiuū est quod in singulari multitudinem significat: vt populus.

Dimmutiuū seu distributiuū est qđ a duob⁹ vel pluribus ad singulos relationem habet: vt uterq⁹/alter/alteruter/quisquis/omnis/singuli.

¶ Partituū est qđ partitionē significat: vt quidam/vllus/aliquis.

Generale est quod in diuersas species diuidi potest: vt animal arbor.

¶ Speciale est qđ altera pars diuisionis a genere est: vt equus/laurus/pirus.

Factitiū est qđ a sonorū proprietate factū est: vt turtur/grus/tintinabulum.

¶ Absolutum est quod per se intelligi potest: vt deus/ratio.

Temporale est quod tempus significat: vt mensis annus.

¶ Locale est quod locum vel spacium significat: vt propinquus/longinquus.

¶ Greculum est qđ totū grece est declinationis: vt pan' panos/calipso calipsus.
¶ Latinulum est qđ totum in latinā regulam cōuersum est: vt pollux pollucis.
¶ Notum: quod in greca latinaq; forma est: vt achilles.
¶ Numerale est qđ numerum significat: vt vnus/duo.
¶ Numerale est quintuplex. Cardinale/ordinale/dispartitiuū/pōderale/ꝫ multiplicatiuum.
¶ Nomē nūerale cardinale est qđ solū nūerū sigt: vt vn⁹/duo/tres/decē/octodeci duo de viginti/decē ꝫ octo/nouēdeci/vñ viginti: vel decē ꝫ nouē/viginti/centum mille/duo millia/tria millia: ꝫ referūtur p quot: vt habeo decē talēta quot tu.
¶ Numerale ordinale est qđ preter nūerū sigt etiā ordinē: vt prim⁹/secūdus/tertius/vigesimus/vel vicesimus/trigesimus/vel triceſimus/cēteſim⁹/mileſimus ꝫ similia: ꝫ referunt per quotus: vt sum primus in classe mea: quotus tu in tua.
¶ Nūerale dispartitiuū est qđ preter numerū sigt etiā partitionē seu diuisionem vt singuli/bini/terni/quaterni/quini/vicini/cēteni/milleni. Et referūtur p quoteni: vt per vibem terni insistimus quoteni vos.
¶ Ista nota dispartitiua (vt vult priscianus) solū pluraliter declinātur: vt in plurali nominatiuo singuli/e/a. quoteni/e/a.
¶ Ponitur interdum bina p duo/terna p tria. ꝫ cē quotienscūq; substātiua quib⁹ signātur declinā'ur tantū in pl': vt binas/ternas/denas lras: nam duas/tres/decem non licet dicere poete: tñ cū aliis substātiuis vsurpant. Virgilius. Bina manu lato crispās hastilia ferro. Excipitur secūdum Uallā pondo: mā habem⁹ dicere duo pondo: et millia pondo argenti.
¶ Nūerale ponderale est qđ preter nūerū sigt etiā quātitatē ponderis vel mensure: vt simplus/duplus/quadruplus/vigecuplus/cētuplus/millecuplus. Et referuntur per quotuplus: vt egyptus reddit triticum centuplū quotuplum nō reddit Italia.
¶ Numerale multiplicatiuū siue diuisum forme est quod preter numerū multiplicationē forme sigt: vt simplex/duplex/triplex/quadruplex/nonuplex/decuplex vigecuplex/centuplex/ꝫ millecuplex: referunt per quotuplex: vt habeo vestē triplicem quotuplicem tu non habes.
¶ Hec nota diuisiua forme ponūtur aliquādo pro primitiuis ꝫ ppria qñ iūgūtur propriis nominibus plurali carentibus: vt triplex fumus domo egreditur.
¶ Ea nota dicūtur numeralia quibus vtimur in nūerando: vt vnus/duo/tres/singuli/bini/terni. ꝫ nūeralia aduerbia: vt semel/bis/ter/quater: atq; alia huiusmodi in' q̄bus notandū est q̄ in compositis citra viginti si copula interceſſerit maior nūerus semp precedet: vt decē ꝫ septē decē et octo. Si aūt ꝫ nulla intercedat copula minor nūer⁹ sp precedet: vt septēdecim/octodecim. Supra viginti aūt vsq; ad centū vt maximus est quisq; nūerus ita in primo loco ponetur: vt viginti vn⁹ viginti duo/viginti tres. Sed cū copula intercedat is nūerus preponetur qui minor est vt vn⁹ et viginti/duo ꝫ viginti. ꝫ cē. vt Cicero. Plato vno ꝫ octogesimo anno scribēs est mortuus. Item Leontinus gorgias centū et septem compleuit annos ex quibus Ciceronis verbis manifeste colligitur ante centum preponi nūerum minorē post centū vero postponi. Eodem modo loquimur supra viginti milia vsq; ad centū milia: vt milites nostri ſex: et viginti milia erant vel milites nostri erant viginti sed milia ad milites nostri erāt vicies ſexies mile vel militū nobis erāt viginti ſex milia. Etenim hec nomina dum copula carēt composita vidē tur: vt vndecim/duodecim/septēdecim/viginti vnus/viginti duo ꝫ similia quem admodum illa vnde viginti quasi vno dempto de viginti et ſignificat decē ꝫ nouem.
¶ Sunt preteria nūeralia: vnarius/binar⁹/ternarius/vicenarius ꝫ similia que denotant nō multiplicationem sui sed numerum aliarum rerum que nō nominā tur: vt lapis cētenarius non q̄ centuplus sit sed centū librarū/homo centenarius non q̄ sit centum geminus sed quia habet centum annos.
¶ Alia sunt q̄ significāt numerum annoꝝ: vt biennis/triennis/quadriennis/quinquennis/ſexēnis/ſeptennis/octennis/nouennis/decennis ꝫ vt quidam volūt addūtur his vniennis/vndecennis et duodecennis.
¶ Reliqua p quorundā iudicio non sunt in vsu et referuntur per quotennis non sum decennis quotennis tu. A predictis fiunt substantiua/biennium/triennium/

quadriēnium/quinquēnium/sexennīū/septēnīū/octennīū/nouēnium/decēnium. Similiter dicimus bimus trimus/quadrimus. Itē annicul⁹/bimul⁹/trimul⁹ quadrimulus. Quēadmodū dicēdū est de noib⁹ ita dicēdū est de aduerbijs vt semel bis/ter/quater/quinquies/sexies. ꝛc. vigeties/trigeties/quadrigeties/quinquageties. sexageties/septuageties/octoageties/nonageties: ꝑ quibus dicimus vicies tricies/quadragies/quinquagies/sexagies/septuagies/octuagies/nonagies/centies/ducēties/millies ꝛ reterūtur per quotiens: vt ter legi virgilium quotiēs tu.

¶ Adiectiuū est qō per se subsistere nō potest nisi positū in neutro genere substātiuato et per tres voces seu articulos variatur: vt bonus/bona/bonum. hic ꝛ hec et hoc felix.

¶ Adiectiuoꝝ tres sunt species alia sunt pura declinatiōe constructione ꝛ significatione: vt albus/alba/album. hic hec hoc felix.

¶ Alia sunt adiectiua significatiōe et substantiua declinatione ꝛ cōstructione: vt patet in his versibus.

Degener et pauper diues solspes locuples pos
Impos hebes compos ceres inquies atqꝝ superstes
Uber dis ales iungas his a pede nata.

¶ Alia sunt adiectiua declinatione ꝛ substantiua significatione et ꝯstructione: vt partitiua distributiua interrogatiua ꝛ infinita partitiue posita q̄ aliter sumpta sꝝ adherent substantiuis: vt qs homo/qs hoim: quidā cuius/quidam cuium.

¶ Itē adiectiuoꝝ quedam sunt qualitatiua quedem quantatiua.

Qualitatiuū est quod qualitatem significat: vt bonus malus.

Quantitatiuū est qō quantitatem significat: vt magnus longus.

¶ Adiectiuoꝝ que significāt quātitatē alia significāt quantitatem cōtinuam: vt magnus lōgus. ꝛc. alia discretam. Ex his que significant quantitatē discretā alia significat quantitatē discretam; absolutā: vt vnus/duo/tres/: vnari⁹/biennis. ꝛc. Alia significāt quātitatem discretam ordinalem: vt primus/secūdus. ꝛc. Alia significāt quātitatē discretā distributiuā vel dispartitiuā vt bini terni. Alia significant quantitatē discretā ponderalē: vt simplus/duplus. ꝛc. Alia significant quātitatē discretam multiplicatiuam forme: vt simplex/duplex. ꝛc.

¶ Relatiuum est quod rem ante dictam refert.

Relatiuū est duplex substantie ꝛ accidentis.

Relatiuū substantie est quod antecedens substantiuū refert.

Sunt aūt relatiua substantie tredecim vt patet in his versibus.

Qui que quod suus ipse sui sic alteris idem
Ille alius reliquus simul ambo cetera vterqꝝ.

¶ Relatiuum substantie est duplex identitatis et diuersitatis.

Relatiuū substantie identitatis est illud qō idem cū suo refert antecedente.

Sunt aūt relatiua substātie identitatis nouem: qui/que/quod/is/suus/ipse/sui/ille/idem/ambo/ꝛ vterqꝝ.

¶ Relatiuū substātie idētitatis est duplex. Reciprocum ꝛ non reciprocum.

Reciprocū relatiuū est qō in se sui significationē reflectit: vt Cato defendit se.

¶ Sunt autem relatiua reciproca duo sui ꝛ suus.

¶ Non reciprocū relatiuū est qō in se sui significationē non reflectit: vt Cato defendit illum.

¶ Sunt aūt non reciproca relatiua quinqꝝ: qui/que/quod/is/ipse/ille/ꝛ idem.

¶ Relatiuū substātie diuersitatis est illud qō diuersa a suo refert antecedēte: vt alius legit doctorem alius scribit.

¶ Sunt aūt relatiua substantie diuersitatis quatuor: alius/alter/reliquus. ꝛc.

¶ Relatiuū accidentis est illud qō antecedēs adiectiuū refert: vt ego sum albus qualis es tu. Sunt aūt relatiua accidentis decē vt patet in his versibus.

Quot qualis quātus quotuplex quotus atqꝝ quoteni
Et quotuplus cuius cuias his coniuge quotennis.

De nominibus.

¶ Qualis est relatiuū accidētis qualitatiuū qr qualitatē significat cui respōdēt noīa adiectiua eandem qualitatem sīgnīa: vt iustus qualis cesar. Ad hanc speciem reducitur cuiusmodi.

¶ Quantus est relatiuū quantitatiuū qr quantitatē significat: cui respōdēt noīa adiectiua eandem quātitatē significātia: vt sum longus quantus tu.

¶ Quot est relatiuū nūerale absolum: qr quantitatem discretem numeralē absolutam significat: cui respondent noīa numeralia cardinalia: vt natus sum annos sedecim quot tu.

¶ Quotus est relatiuū ordinale qr quantitatē discretā ordinalē sīgt: cui respondent noīa ordinalia: vt primus sum in classe mea quotus tu in tua.

¶ Quotē est relatiuū diuisiuū siue dispartituū qr quantitatē in pares numeros diuisam significat: cui respondent nomina diuisiua siue dispartitiua: vt ini bini quotem vos.

¶ Quotennis est relatiuū annale: qr quantitatē discretam annorū significat: cui respōdent noīa numeralia vel ex numeralibus ⁊ anno composita: vt sum decēnis vel decem annorum quotennis tu.

¶ Quotuplus est relatiuū ponderale: qr qualitatē discretā ponderis vel mēsure significat: cui respondent noīa ponderalia: vt egiptus reddit triticuz centuplum quotuplum non reddit italia.

¶ Quotuplex est relatiuū diuisiuū seu multiplicatiuū forme qr diuisionē seu multiplicationē forme significat: cui respōdent noīa multiplicitatē significātia: vt habeo duplicem vestem quotuplicem tu non habes.

¶ Cuius est relatiuū possessiuū qr possessorē significat: cui respondēt noīa vel pronoīa possessiua vel gtūs ꝓpriorū ꝗbus subst antinorum: vt hic eques est patrius vel patris cuius est frenum.

¶ Cuias est relatiuū patriū seu gētile quis gentē vel patriā significat: cui respōdent nomina gentis seu patrie: vt sum anglicus cuias es tu.

¶ Relatiua q̄ incipiunt a c/vel a q/tribus modis ponuntur. Relative: vt ego sum albus qualis es tu. noui cuiusmodi homo es: sum magnus quātus es tu/romanꝰ cuias es tu. Interrogatiue: vt qualis es tu? quātus es tu? quotū annū agis? quot nūmos habes? Infinite: vt nescio quātus sis/cuias sis/aut cuia filia sit hec puella

¶ Relatiua q̄ incipiunt a t/tribus modis accipiuntur. Relatiua copula: mediante vt ego sum magnus et tātus est plato. habeo multos discipulos et tot habet socrates. Reditiue hoc est loco antecedētis: vt ego sum talis et tātus qualis ⁊ quātus est ille. Infinite qñ sequitur cōiunctio q vel vt: vt ego sum talis ⁊ tātus vt nō egeam opera tua. Ego cupeo talis esse vt videar felix. hoc etiā modo sumuntur istiusmodi/eiusmodi/illiusmodi.

¶ Reperiūtur alia relatiua gemiata vel assumētia sibi cūcz: vt q̄tquot/quotcūcz qualisqualis qualiscūcz/quātustantus quātuscūcz/cuiascuias cuiascuncz. Quis etiā geminat: vt quicūe: ⁊ q̄ assumit sibi cūcz: vt quicuncz: que propria posita vim hñt ipsi relatiui simul cū añcedēte distributiuo: vt q̄s̄q̄s vel quicūcz legit discit. i. ois qui legit discit. Ponūtur etiā aliq̄n pro ipso relatiuo tm̄: vt deus oia quecūcz voluit fecit: pro que voluit. Et pro distributiuo: vt ego tm̄ diligo quecuncz hoiem id est omnē hoiem. Ponūtur etiā infinite. Virgilius. Quicq̄d erit superādum ois fortuna ferenda est.

¶ Dictiones geminate eque significant acsi assumerēt sibicūcz: vt q̄s̄q. i. quicūcz vbiubi. i. vbicuncz: vtut. i. vtcuncz.

¶ Jtidē quedā aduerbia aliq̄n sumīt relative/interrogative/⁊ infinite. vt vbi vñ quo/qua/quū/qñ/quorsum/quorsq: de quibus exempla sunt facilima inuentu. Preterea istoz antecedētia nonnūcz sumūtur relative: vt fui apud forū ⁊ ibi fui sum deorsum michi quesitus es. Sic etiam fit de reliquis.

¶ Nomini accidunt sex species/genus numerus figura persona ⁊ casus.

¶ Species est qua cognoscitur primitiuū a derivatiuo.

¶ Species est dupler: primitiua et derivatiua. Species.

Primitiua species est cum dictio a nullo alio derivatur: vt roma mons.

Derivatiua est cum ab alio derivatur: vt romanus montanus.

Vbi notandū est vt quotiens res ꝓbi precedit rē nominis nomen derivat a verbo: vt a scribo scriba: ybi aūt ediuerso fit ꝓbū descēdit a noīe. vt ab armis/mo/as.

¶ Derivatiorū species sunt decem patronimicū/possessiuū/cōparatiuū/superlatiuū/diminutiuū/verbale/participale/aduerbiale/paronimū et denominatiuū.
¶ Patronimicū est qđ significāter a patrū derivatur nominibus secūdū grecam formā ⁊ figt cū gtō primittui filiū vel nepotem:filiam vel neptem:vt Eacides filius vel nepos Eaci. Sed multa ab alijs formātur abusiue tñ vt infra dicetur.
¶ Possessiuū est qđ cū genitiuo principali significat aliquid ex his que possidentur:vt regis domus.i.domus regis.
¶ Comparatiuū est qđ cū intellectu positiui vel cum aliquo participe sensus magis aduerbium significat:vt fortior.i.magis fortis.
¶ Superlatiuū est quod a plures sui generis comparatiui supponitur olbus vel per se prolatum intellectum habet positiui cum valde aduerbio.
¶ Diminutiuū est qđ diminutionē sui ꝓmitiui absolute demōstrat.vt rex/regul⁹
¶ Uerbale est quod a verbo derivatur:vt ab exulo exul.
¶ Participale est qđ a participio nascitur:vt lectus/lecti/lectio.
¶ Aduerbiale est qđ ab aduerbio derivatur:vt cras/crastinus.
¶ Paronimū est quod ab alio quodam trahitur ⁊ nichil de memoratis supra significat:vt ab equus eques.
¶ Denominatiuū est qđ a primitiui voce non ab aliqua speciali significatione sic appellatur. Ita omnis dictio casualis a quacūq; dictiōe derivetur potest dici de nominatiuum.

Genus.

¶ Genus est vel videtur esse discretio sexus.
¶ Genera nominum sunt septem/masculinum/femininum/neutrum/commune duorum/commune/trium/dubium/⁊ epycenum.
¶ Masculinum est cui preponitur articulare hic:vt hic cesar.
¶ Femininum est cui preponitur articulare hec:vt hec iulia.
¶ Neutrum est cui preponitur articulare hoc:vt hoc animal.
¶ Cōmune duoꝝ est cui preponitur articularis copulata hic et hec:vt hic et hec homo. ¶ Cōmune trium generum est cui articularis preponūtur copulata hic et hec et hoc:vt hic ⁊ hec et hoc felix.
¶ Dubium vel incertū genus est cui sub disiunctione preponūtur articularis hic vel hec:vt hic vel hec dies.
¶ Promiscuū vel epycenū genus est qđ sub vna voce ⁊ vno articulo cōprehēdit animata vtriusq; sexus:vt hic passer hec aquila.

Numerus.

¶ Numerus est accidens dictionis quo fit discretio quantitatis.
¶ Numerus est duplex:singularis ⁊ pluralis.
¶ Singularis numerus est quantitas qua dictio vnitatem figt:vt homo.

Figura.

¶ Pluralis numerus est quantitas qua dictio multitudinem figt:vt homines.
¶ Figura est dictionū simplicium cōpositarū vel decompositariū discrimen.
¶ Figura est triplex simplex composita ⁊ decomposita.

Compositio.

¶ Simplex figura est cum dictio ab alio non componitur:vt animus.
¶ Cōposita est cū dictio a duob⁹ vel plurib⁹ fiat:vt magnanim⁹ inexpugnabilis.
¶ Decōposita figura est dictio a cōposita dictione derivetur:vt magnanimitas Nomina ⁊ reliqe partes orationis cōponūtur quatuor modis. Primo modo ex duobus integris:vt suburbanus. Secūdo modo ex duobus corruptis:vt efficax/municeps. Tertio modo ex integro ⁊ corrupto:vt ineptus/insultus. Quarto mō ex corrupto ⁊ integro/vt nugigerulus. Aliqñ ex cōplurib⁹:vt inexponabilis imperterritus. ¶ In cōpositis ex duob⁹/rectis.ambo nti declinantur.vt hec respublica/gtō hui⁹ reipublice. Alteruter aūt viginti vn⁹/viginti duo/viginti tres ⁊ ꝓ opinione quorundā etiā Leopardus scōm postremū rectū variātur:vt alteruter tra/trū/alterutrius/alterutri. viginti vnus/a/um. viginti vniuꝰ.⁊c. In vsurpatione hui⁹nois viginti vnus si substantiuū precedat tūc debet pluraliter sumi:vt habeo denareos viginti vnū:sin postponatur debet singulariter sumi:vt habeo viginti vnū denariū. Boetius in arithmetica:si septies tres addātur in viginti vnū numerū cadūt nō enī dixit in viginti vnum numeros. Itidem viginti vnus caret plurali numero qñ iungitur substantiuo carenti singulare.
¶ In compositis ex recto ⁊ obliquo rectus tātūmodo variat:vt hic tribunus militum/huius tribuni militum.
¶ In cōpositis ex duob⁹ obliqs ābo obliqui penit⁹ indeclinabiles sunt:vt hmōi
¶ Persona est accidens quod de agentis qualitate loquitur.

De pronominibus.

¶ Persona est triplex. Prima/secda/ꝛ tertia.
Prima ꝓna est q̄ de se loquitur/ꝛ duob⁹ pronoib⁹ accidit: ego ꝛ nos cū suis obliqs
Secda persona est illa ad quam dirigitur sermo: ꝛ duob⁹ pronoib⁹ accidit: tu ꝛ vos cū suis obliquis ꝛ vocatiuis casibus.
Tertia ꝓna est illa de qua fit sermo: ꝛ accidit oibus casualib⁹ preter ego nos tu ꝛ vos cū suis obliquis ꝛ vocatiuis casibus.
¶ Casus est variatio nois: vel aliarū dictionū ꝑ mutationē nouissime syllabe. Casus dr a cadēdo q̄ quasi a recto cadere videat. Ūn rect⁹ abusiue dr casus q̄ cadens a sua terminatione in alias facit obliquos casus.
¶ Casus noim sunt sex. Ntūs q̄ ꝛ rect⁹ dr/gtūs q̄ ꝛ patrius siue possessiu⁹/dtūs qui acqsitiu⁹/actūs q̄ ꝛ causatiu⁹/vctūs q̄ ꝛ saluatori⁹/ablt⁹ q̄ ꝛ sextus dr.
¶ Ntūs siue rect⁹ est q̄ rē nominat ꝟbū vt plurimū precedēs. Gtūs siue possessiu⁹ est q̄ ceteroꝝ casuū est generator ꝛ possessionē demōstrat: necnō ꝛ per eū possessiua et potronimica resoluūtur.
Dtūs est q̄ alicd dari vel acquiri significat.
Actūs est q̄ alicd causari et in causa esse ostendit.
Uocatiuus est q̄ vocationē vel salutationē sigt.
Ablt⁹ est q̄ alicd auferri demōstrat: hic quoq; latin⁹ q̄ lingue latine proprius est.
¶ Quamꝫ casus ab aliis sigtionibus noia sumere possunt a notioꝝ tñ ꝛ frequētioꝝ sumpserūt noia sua (teste Prisciano)
¶ Forma casualis est sextuplex. Monoptotū/diptotū/triptotū/tetraptotū/pentaptotum et hexaptotū.
Monoptotū est q̄ vnam vocē habet per oēs casus siue singulares siue plurales siue vtrusq; ñeri: vt sinapi/gūmi/cepe pōdo/cete/pedū/ꝛ litterarū noia: ꝛ nūc eorū noia a quatuor vsq; ad centum.
Diptotū est q̄ duos varios casus in declinatione habet: vt fors forte/tabi tabo/
Triptotū est q̄ tres: vt templū/pli/plo.
Tetraptotū q̄ quatuor: vt gener/ri/ro/rum.
Pētaptotū est q̄ q̄q; vt dñs/mi/no/nū/me.
Hexaptotū est q̄ sex: vt totus/toti⁹/ti/tū/te/to.

PRonomen est pars orationis declinabilis q̄ pro noie posita personā significat.
Pronomē dr a pro ꝛ noie: q̄ ꝑ eo ponit⁹ in oratione.
¶ Quindecim sunt pronoia. Ego/tu/sui/ille/ipe/iste/hic ꝛ is/me⁹/tu⁹/suus noster veiter/nostras/ꝛ vestras. Ex his tñ quatuor habēt vctōs casus: tu/meus/noster/ꝛ nostras.

Deficiunt quinto casu pronomina cuncta
Tu meus et noster cum nostras excipiuntur

¶ Pronoi accidūt sex. Species/gen⁹/nūer⁹/figura/ꝓna/ꝛ casus.
Species est qua cognoscitur primitiuū a derivatiuo.
Species pronoim est duplex. primitiua et derivatiua.
Primitiua pronoia sunt octo. Ego/tu/sui/ille ipe/iste/hic/ꝛ is.
Primitiuoꝝ species sunt tres. Demostratiua/relatiua/mō demōstratiua mō relatiua. Ego et tu sunt semp demōstratiua/sui semp relatiuū. Alia sunt modo demonstratiua modo relatiua.
¶ Derivatiua seu possessiua ꝓnoia sunt septē. Meus/tuus/suus/noster/vester/nostras ꝛ vestras: ꝛ sunt oia demōstratiua ꝑter suus quod est semp relatiuū.
¶ Gña pronoim sunt q̄q. Masculinū/femininu/neutrū/cōe duoꝝ/ꝛ cōe triū.
Masculinū est q̄ rem masculini gñis refert vel demōstrat: vt hic.
Femininū est q̄ rem femenini gñis refert vel demōstrat: vt hec.
Neutrū est q̄ rē neutrius gñis duoꝝ refert vel demōstrat: vt hoc.
Cōe duoꝝ est q̄ cōis gñis duoꝝ refert vel demōstrat: vt hic ꝛ hec nostras
Commune triū est quod rē oīs gñis refert vel demōstrat: vt ego/tu/sui.
¶ Pronomina demonstratiua eiusdem sunt generis cuius sunt res per ea demō

strate. ¶ Figura pronois est duplex. Simplex vt his/cōposita vt idē:iz idētidē cōponatur ab is et idē. Aliqñ est aduerbiū et frequēter significat.

¶ Persona pronoim est triplex. Prima vt ego/secūda vt tu/tertia vt ille.

¶ Casus pronoim sunt ser vt in nomie.

¶ Declinationes pronoim sunt quatuor

Prima declinatio pnoim est cui⁹ gtūs et dtūs singulares in i desinūt(iz gtūs olim etiā in is terminabatur) vt ntō ego/gtō mei(olim etiā mis)dtō mihi. huius aūt declinationis pronoia sunt tria. Ego/tu/sui. A gtō mei derivatur mei/a/ū. A gtō tui tuus/tua/tuū. A gtō nostri noster/stra/strum/ꝝ nstras. A gtō vestri vester/stra/strum/ꝝ vestras. A gtō sui suus/a/um.

Secūda declinatio pronoim est cui⁹ gtūs singularis desinit in ms vel tus:ꝝ dtūs in i vt ei. huius declinationis sunt pronoia. Ille/ipse/iste/hic/ꝝ is.

¶ Sūt quoqz octo noia q̄ fm hāc declinationē variātur. Unus/totus/solus/vllus/alter/alius/q̄s/et vter/ꝝ ab eis cōposita ꝝ vocatiuis carēt:preter vnus/totus/solus.

Pone vocatiuos cum totus solus et vnus
Sed nō in reliquis quorum genitiuus in ius

¶ Tertia declinatio pronoim est cuius gtūs singularis desinit in i/ꝝ in e/ꝝ in l/ꝝ dtūs in o/in e/ꝝ in o. huius aūt declinationis q̄nqz sunt pronoia. Meus/tuus/suus/noster/et vester.

Quarta declinatio pronoim est cui⁹ gtūs singularis desinit in atis ꝝ dtūs in ati. huius aūt declinationis duo sunt pronoia:nostras ꝝ vestras. Et hoc modo (Perotto ꝝ Pomponio testib⁹) variantur. Gtō hic et hec nostras/gtō huius nostratis ꝛc. quo etiam modo variantur vestras ꝝ cuias ꝝ ablīm in i/solo finiūt q̄ antiquit⁹ ntūs singularis in is et in e exit.

¶ Cōpositoꝝ pronoim tres sunt modi. Primus cū nolb⁹ vt huiusmodi. Secūs cum pronoib⁹ vt illic. Tertius cū aduerbiis vt eccum ellum.

¶ Tria nāqz pronoia cōponūtur per ntōs:iste hic et is. Iste ꝝ hic simul ꝓponūtur/vt istic:ꝝ declinatur in oib⁹ casib⁹ hic hec hoc in e terminātib⁹ p̄ter dtūm singulare.

¶ Iste eadē idē cōponitur ab is ea id est hoc aduerbiū demū ꝝ sequitur primitiuū. Sed neutrali voce rursus cōponitur in ntō ꝝ actō tm̄:vt idētidē qō aliqñ aduerbium est frequēter significat.

Meme/tete/sese:licet in acc̄tu ostendūtur esse cōposita nō est cōpositio:sed quedā vocis geminatio:ꝝ ac ī et ablī voces sunt:sese etiā plurales nūeri esse potest.

¶ Preterea sunt quedā syllabe pronoib⁹ adiecte:met/te/pte/ce. Met cū oib⁹ casibus huius pronois ego tā singularibus q̄ pluralibus adūgitur:vt egomet/memet ꝛc. Adūgitur etiā oib⁹ obliqs tm̄ casib⁹ huius pnois tu:vt tumet/tibimet/temet nō recto ꝓpter differentiā huius ꝝbi tumeo/es. Adiicitur met (vt vult Priscian⁹) pnomini sui:vt suimet sibimet/semet. Hoc etiā pronomē ipse additur nō solis ꝓnois nolb⁹:sed etiam pnoib⁹ ad discretionē faciendā quēadmodū p̄dicte syllabe adiectiones:vt ipsiusmet vel ipseplate/egomet/tumet/illemet.

¶ Te cū ntō pronois tu adūgitur:vt tute. i. tumet.

¶ Tutemet in ntō sole vetō dicimus.

¶ Pte q̄nqz ablis possessiuis adūgitur:vt meapte/tuapte/suapte/nostrapte/vestrapte. Legim⁹ enī suopte pōdere apud Ciceronē in natura deoꝝ. veteres enī omia gña huiusmodi ablis vsi sunt.

¶ Ce syllabā adiicieb̄at antiq⁹ oib⁹ casib⁹ hic hec hoc/moui aūt tātūmodo his obliqs q̄ in s desinūt:vt gtō huius cc/dtō hisce/actō hosce/halce/ablō hisce:q̄ vox invenitur masculina in nominatiuo singulari. Therentius in eunucho. Hisce arbitratur suā thaidē esse. Furius ꝓponebāt hicce cū ne e in i verso/vt hiccine hoccine hoccine sicut illancce/istancce/nam illicce/illuisce/isticce illuice/illucce/illucce/illancce/istancce veteres dicebant.

¶ Quis aliquas recipit adiectiones quas non recipit qui: vt patet in his versibus

En neatius nū li depoſcunt quis ſibi ſubdi
Et qua volunt non que quotiens reperitur vtrūqz

De pronominibus.

Post quis namq; piam non post qui pone putasq;
Nam vis cumq; libet non quis sed qui sibi subdet
Nec qua volunt sed que quotiens reperitur vtrumq;
Ñ relatiuũ quodcunq; legis geminatum
Demptis quid vel quis finẽ per cunq; resoluis
Quid qñ fixum cum prole regit genitiuum
Quod similem casum q; mobile vult sibi iunctum

¶ Cõponitur ds cũ si: vt siquis/cũ ne vt nequis/cũ alꝯ vt aliqs/cũ en vt ecqs/n in ꝯ verso/cũ nũ vt nunqs/cũ qs vt ntõ quisqs: q ꝺcquid actõ quicqd ablto quoquo. Sernius tñ declinat quisquis geminatum m oibus casibus: vt ntõ quisqs/gtõ cuiuscuius dtõ cuicui tc.

Alia vero declinãtur: vt coq; simpler: qui que qð vel qd: nsi q; in f femmina voce nti singularis neutrali plurali dicm⁹: siqua/nequa/ecqua/aliqua/nũqua et horũ ablatiuis nõ terminatur in i: q alique voces plurales vsitarũ ꝓpter malũ sonũ nõ sunt in vsu vt quoꝝũq; qualibꝫ. Adiciũtur etiã quis hc particule: nã vt quisnã / q; vt quisq; ex q̃ fit vnusquisq; singulare tñ/piã vt quispiã/putas vt qsputas/q; vt qsq;. A q etiã deducta: vt quidã quinis/qlibet quicũq; p̃mitiuũ sequũtur. Aliqs quidã/qsq; q qspiã idẽ ligñt: sed quidã sigt certũ aliqs qsq; et qspiam incertũ.

¶ Ois quisq; q vnusquisq; idẽ sigñt/sed in vsu differũt/quisq; iungitur superlatiuo aut nominiordinali/omnis vero q vnusquisq; positiuo aut cõparatiuo. Nota q; qsq; caret gtõ plurali in loco cui⁹ singularis gtũs sumitur: vt in hoc vulgari (all the rychest mennes goodes are taken awaye) Ditissimi cuiusq; facultates sunt ablate Optimi cuiusq; virtus est laudanda.

Quis et qd nunq; ponũtur relative sed vel interrogatiue: vt qs es tu: qd agas: vel infinite: vt nescio quis sis aut quid agas.

¶ Quis v l q aliqñ ponũtur ꝓ qualis. Theren. Quis tibi videor .i. qualis videor. Itẽ pro quãto/vt quo magis. i. quãto magis. Itẽ pro quõ aut propter qd. Theren. qui istud. i. quõ aut cur. Itẽ pro vt. Therentius. fidẽ sibi me obsecrauit q; scirem se nõ deserturum vt darem.

¶ Qui/q̃/qõ tribus modis ponit. Primo mõ relatiue: vt sum pꝰ. Eneas raptos q; ex hoste penates classe veho mecũ. Secõ mõ interrogatiue: vt sed vos q; tandẽ qui bus aut venistis ab oris. Tertio mõ infinite: vt nescio quã rẽ agas aut quẽ holez dixgas. ¶ Sui et suus semper reciproce ponuntur.

¶ Ipse/a/ũ. duob⁹ modis ponitur. Primo mõ relatiue in tertia psona: vt ego deũ colo et ipse benefacit mihi. Secõ mõ demõstratiue qñ pro nolb⁹ demõstratiuis ponitur: vt ego ipse/tu ipse/ille ipse. Inuenitur etiã sme pronole. Virgilius. Ipe remitto: et sic eni per discretionẽ profertur. Virgili⁹. Ipsa ratem ponto subigit velisq; mi nistrat quasi solus.

¶ Ille/a/ud. trib⁹ modis ponitur. Primo modo relatiue: vt ego deũ colo q illũ cupio videre. Secõ mõ demõstratiue vt vides ne illũ. Tertio modo redditiue: vt ille qui legit discat. Ille etiã figurate apponitur. Virg. Ille ego qui quondã gracili modulat⁹ auena Et tu ne ille es eneas quẽ dardanio anchise alma venus phrygii genuit simoentis ad vndam. nõ tñ discretionẽ sigt/vt ipse sed potꝰ relationẽ quandã Ille quoq; nõnunq; p dignitatẽ quandã atq; eminẽtiam accipit: vt ille cato cẽsorinus/ille magnus alexander.

¶ Alius a/ud tribus modis ponitur. Relatiue: vt video petrũ et alios holes (qz antecedẽs). Lpetrus differat ab aliis holibus nũero/specie tñ conuenit quẽ est homo. Secõ discretiue/vt ego sum alius a te. i. ẽ tu. Tertio modo diuisiue: vt holim alii boni sunt alii mali.

¶ Alter etiã modis ponitur sed differũt/nã alius de pluribus/alter vero de duobus ꝺr/sicut vter ꝺ duob⁹/quis de pluribus interrogatiua sunt.

¶ Ad vter respōdendū est noīa de duob⁹ dicta: vt vterq; alter neuter/ꝛ similia.
¶ Ad q̄s respōdendū est noīa de plurib⁹ dicta: vt ois nullus nemo alius q̄sq; ꝛ similia. ¶ Hec pronoīa ego/tu/sui: antiquitus duplicīter efferebāt gtōs: vt ntō ego/gtō mei tui sui: primitiue semper passiue sumūtur: quare cū actiue loq̄mur vtimur eoꝝ possessiuis: me⁹ tuus/suus: loco mis/tis/sis: q̄ iā antiquata sunt: vt potestas mea ꝛ potestas mei/cura tua et cura tui/copia sua et copia sui.
¶ Itidē illi gti nr̄a vr̄i p̄mitiue ip̄ passiue sumūtur/nr̄m vero ꝛ vr̄m actiue sūr eoꝝ possessiua nr̄ ꝛ vr̄: vt habet curā nostri ꝛ curā vr̄i: nō nr̄m ꝛ vr̄m. Rursus dicim⁹ nemo nr̄m ꝛ nemo vr̄m: nō nr̄i ꝛ vr̄i. ¶ Hoc aūt inter hec tria vī pronoīa vel aduerbia interest/hic sīgt rē siue locū loquētī primū: iste vero siue istic rē aut locū p̄mū ei quocū loq̄mur: ille vel illic locū aut rē remotam ab vtroq;.
¶ Preterea is ꝛ hic inter se differūt: nā is spacio lōgiore accipitur/hic ꝓpinquiore: multꝫ tñ in locꝫ ꝓfundūtur: vt q̄ p̄fert virtutē vitus hic sane prudēs est vel is sane prudēs est: utē iste ꝑ hic et ille ꝑ is aliqñ sumūtur.
¶ Inuentū est ꝓnomē trib⁹ de causis. Prima ꝓpter necessitudinē: q; nulla alia ps oīonis supponit ꝟbis p̄me vel scōe psone preter ꝓnomē. Scōa ꝓpter demōstrationem: vt ille ipe. Tertia ꝓpter discretionē: vt suum ipsius sequitur consilium.

VErbū est pars oīonis declinabilis cū modo tpe et psona sine casu agere vel pati vel neutrū sīgns.
Verbū dr̄a ꝟberatu aerꝫ: q; ꝑferēdo aer ꝟberatur. Iz eni hoc accidit oīb⁹ partib⁹ oīonis tñ p̄cipue in hac pte ꝓpriū ei⁹ accipit: q; hac frequētī⁹ vtimur in oīone. ¶ Uerbo accidūt octo. Gen⁹/mod⁹/tp̄s/cōiugatio/figura/spēs/nūerus/ꝛ psona. Genus ꝟbi est qualitas qua cognoscitur cuius sit gñis.
¶ Genera verborū precipua sunt duo. Personale/ꝛ impersonale.
Personale verbū est q̄d nūcrū habet et personā.
¶ Genera ꝟborū psonalū sunt q̄nq;. Actiuū//passiuū/neutrū/cōe/ꝛ deponēs. Actiuū est q̄d in o desinēs facit ex se passiuū in or: vt amo/amor: potēs actiū rei rationalis vt plurimū posse regere. Facio tñ cū cōpositis (nisi a i vertāt: vt ꝓficio cōficior) passiua habēt terminata in io: vt facio/fio/calefacio/calefio. Excipiūtur preterea quedā defectiua odi/noui/cepi/ꝛ memini q̄ voce passiua carēt.
Passiuū est q̄d in or desinēs ab actiuo formatur: vt amor amo.
Neutrū est q̄d in o desinēs nō p̄t facere passiuū in or: nec regere actiū post se rationalis. Quā q̄ sum es fui cū cōpositis ꝛ multa defectiua nō desinūt in o/ sunt ꝟba neutra licet impropīe.
¶ Uerbū neutrū in o desinēs est quadruplex. Transitiuū/absolutū/neutropassiuū ꝛ neutrūpassiuū.
¶ Neutrū transitiuū est q̄d in o desinēs actionē sīgt: ꝛ actiū casum post se regit illi⁹ dictionis in quā trālit actꝫ ꝟbi: vt aro terrā: prādio piscē siue oīni ceno fercula multa. Hutiusmodi quoq; neutra q̄ actiū patientē post se flagitāt habēt tertias passiuorum voces: vt aratur arātur/bibitur bibūtur.
Neutrū absolutū est q̄d actiū nō regit (vt sto) nisi figurate. ¶ Neutropassiuū est q̄d p̄terito ꝛ tp̄ib⁹ ab eo formatꝫ vocē habet passiuā q̄ibus in p̄senti ꝛ tp̄ibus sibi cohērētib⁹ neutrorū seruat declinationē. Quinq; eni sunt vt patet in hoc versu.

Audio cum soleo fio cum gaudeo fido.

¶ Neutrūpassiuū est q̄d in o desinēs passiuā habet declinationē/vt calco/frigeo. Ista q̄nq; tñ vapulo/exulo/veneo/fio/ꝛ nubo tā sīgtionē q̄ ꝓstructionē passiorū habēt: vt vapulo abs te vel tibi.
¶ Cōmune verbū est q̄d in or desinēs non descēdit a ꝟbo in o desinēte/ꝛ tā actionē q̄ passionē sīgt actiuoꝝ et passiuoꝝ ꝑ significationē simplicē ꝓstructionē postulās vt ego interpretor p̄riū: vel a me vel mihi interpretatur persius. Et sunt pauca q̄ numerantur in his versib⁹.

Largior/experior/veneror/mentior/osculor/hortor
Criminor/amplector/interpretor/hospitor addas

Stipulor/aggredior/obluiſcor ſocietur
Donatus patior inter communia ponit
Multaq; preterea veteres communia dicunt.

¶ Deponēs eſt qđ in or deſinēs nō deſcēdit a ꝟbo in o deſinēte ⁊ vel actionē vl paſſionē ſigt: ⁊ aut hanc aut illam deponit ⁊ ideo ſic appellatur.

¶ Impſonale ꝟbū eſt qđ nūero ⁊ pſona deficiēs ꝓ oi nūero ⁊ pſona poni poteſt.

¶ Impſonale verbū eſt duplex. Actiue vocis qđ terminatur i t/ vt tedet miſeret
Paſſiue qđ in tur terminatur: vt ſtatur/curritur. Et formātur ab oīb⁹ verbis m o/
deſinētib⁹ ſi tm̄ habuerint ꝓ re agēte a tertia pſona pñt̄ addita ur: vt amat amatur/ſeruit ſeruitur. Nullum quidē ꝟbū in or impſonale format/dicim⁹ enī amatū eſt/amatū fuit/amatū fuiſſet in vnica dictione ne putares duas vt ait Siponti-
nus.

¶ Mod⁹ ꝟbi eſt diuerſa animi inclinatio varios eius effect⁹ oſtendens.

¶ Modus verbi eſt ſextuplex. Indicatiu⁹/impatiu⁹/optatiu⁹/potētialis/ꝯiunctiuus/⁊ infinitiuus.

¶ Infinitiuus ſeu interrogatiu⁹/ vel finitiuus eſt per quē rogatur vel oſtēditur ratio vera vel falſa. Hunc modo ſeruūt ꝯiūctiones ꝯ̄ꝯ/etſi/tametſi/vt plurimū etiā dictiones geminate aſſumentes.

Imperatiuus eſt per quē iubetur vel imperatur aliquid. Hunc mō tūgitur ne quādo ꝓ non ſumitur.

¶ Optatiuus q̄ et deſideratiu⁹ dr eſt per quē deſideratur vel optat aliqđ. Hunc modo ſeruūt o/vt/er/ſi qñ optāt/⁊ hoc aduerbio vtinam.

¶ Potētialis eſt q̄ in ſe includit ſigtionē alicuⁱ⁹ iſtorū poſſum volo aut cū infinitiuo modo ꝟbi a quo deſcendit.

¶ Cōiunctiu⁹ q̄ et ſubiūctiu⁹ dr eſt q̄ alterū ꝟbū ſibi aſtitit vel alterī nectit. Cui quidē modo creberrime ſeruūt ꝯiūctiones in hīs ſequētibus verſiculis.

Anteq̄ vt poſtq̄ niſi cū quāuis vbi donec
An ſi cum dubitant quaſi quin acſiq; priuſq̄
Nec coniunctiuos poſcunt ſi adde quouſq;

¶ Infinitus modus q̄ ⁊ infinitiu⁹ ⁊ impſonalis dr eſt q̄ nūeris ⁊ pſonis carēs ſemp ſigit aliqui mō finito ⁊ regit añ ſe (ſed nō ſemp) actiū. Nō idē ſignt amatū iri ⁊ amaturū eſſe. Alterū eſt preſentis tpis: vt video te accuſatū ire me. i. nūc alterū futurū: vt video te accuſaturū eſſe me: ⁊ tñ accuſatū iri me abs te video accipitur ꝓ eo qđ video te vel accuſatū ire me/vel accuſaturū eſſe me/vel me abs te accuſandū eſſe.

¶ Tēpus eſt qđ qñ aliqđ dictū vel factū eſſe ſigt.

¶ Tps ꝟbi eſt quintuplex: pñs/preteritū impfectū/preteritū pfectū/pluſq̄perfectū/
⁊ futurū. Tps preſens qđ etiā inſtās dr eſt qđ pñti tpe aliqđ fieri ſigt/vt doceo.

¶ Preteritū impfectū eſt qđ cū pacto tpe aliqđ fieri ſigt citra p̄teriti pfecti ⁊ pluſq̄ perfecti tpis notā: vt docebam.

¶ Preteritū perfectū eſt qđ cū aliqđ pfectū eſſe vel deſiſſe ſigt/vt docui.

¶ Preteritū pluſq̄perfectū eſt qđ aliqđ ampliꝰ p̄terito p̄teriſſe ſigt/vt docueram

¶ Tps perfectū ꝓ impfecto nōnunq̄ vſurpat/⁊ aliq̄n pluſq̄perfectū.

¶ Futurū tps eſt qđ aliqđ futurum ſigt: vt docebo.

¶ Cōiugatio eſt conſequē verboꝝ declinatio.

¶ Prima cōiugatio eſt q̄ in ſcđa infinito modo actiuo a longā añ re vel ris in ſcđa pſona pñtis indicatiui paſſiue vocis habet/vt amo amare/amor amarꝝ. exceptis do cū cōpoſitis q̄ hñt a correptā: vt circūdare/venūdare/peſſūdare/ſatiſdare.

¶ Scđa eſt q̄ in infinito mō actiuo e longā ante re vel ris in ſcđa pſona pñtis indicatui paſſiue vocꝝ habet: vt doceo docere/vereor/vereris.

¶ Tertia eſt q̄ in infinito mō actiuo e breuē ante re vel ris in ſcđa pſona p̄ſentis indicatui paſſiue vocis habet: vt lego legere/amplector/amplecteris.

¶ Quarta eſt q̄ i longā ante re in infinito modo actiuo vel ante ris in ſecunda per-

ſona ꝑtis indicatiui paſſiue vocis habet: vt audio audire/largior largiri.

¶ Uerba que regulas harū cōiugationū nō ſequūtur anomala ſunt: vt ſum/volo/fio: ⁊ huiuſmodi.

¶ Figure verborū ſunt tres. Simplex: vt taceo/cōpoſita: vt cōticeo/decōpoſita: vt conticeſco.

¶ Species ſeu forma ꝟbi eſt qualitas qua perfectū ab impfecto ſecernimus.

¶ Species ſeu forma verbi eſt duplex: perfecta ⁊ imperfecta.

¶ Perfecta forma verbi eſt que ſine alterius ꝟbi intellectu ſigꝫtionē ſuā pfecte oſtēdit: vt amo lego.

¶ Impfecta forma ꝟbi eſt que ſine alterius ꝟbi intellectu perfectā ſigꝫtionē habere nō pōt. huꝰ ſpecies ſunt ſex. Frequētatiuū/ꝯtinuatiuū/deſideratiuū/diminutiuū/imitatiuū/⁊ cū primatiui ſignificatio motiuū.

¶ Frequentatiuū eſt qđ in to (vt lectito/aut in ſo cū ſ/vt verſo: aut in xo cū x/vt nexo) deſinit. ⁊ idē ſigꝫt qđ primitiuū cū quadā frequētatione: vt lectito. i. frequēter lego/verſo. i. frequēter verto/nexo. i. frequēter necto.

¶ Forma frequentatiuoꝝ eſt triplex. Prima verba prime cōiugationis ab vltimo ſupino a/ui i/ſiue ⁊ u/in o/verſa formāt frequētatiua: vt impo/as/impatū. impto/as. Scōa: ꝟba q̄ preteritū in gi/termināt a ſcōa ꝑſōꝫ ꝑſona remota s/⁊ addita to formāt frequētatiua: vt ab ago/is/egi. agito/as. Aliqñ tñ ab vltimo ſupino u/in o/verſa: ſed ea nō ſunt in frequēti vſu: vt ab ago/is/egi. acto/as. a quo agito/as. et ſic a frequētatiuis aliqñ naſcūtur alia frequētatiua: vt lecto/as. lectito/as. a curſo/as/curſito/as. Tertia: cetera ꝟba ab vltimo ſupino u/in o/verſa formāt frequētatiua: vt a curro/ris. curſo/ſas. Sequoꝝ tñ ſectoꝝ facit/tueoꝝ tutoꝝ/queoꝝ querito/queſo queſito i/correpta. Agnoſco etiā venit noto et noſcito ⁊ ſunt quedā recta voce formata tñ i alīā ꝯꝫ ſuoꝝ primitiuoꝝ ſigꝫtionē trāſire videtur: vt a traho/tracto/a cogo cogito/a dico dicto. Itē ſcitoꝝ et ſciſſitoꝝ ſunt frequētatiua voce ſed nō ſigꝫtione. Ola frequētatiua ꝑme ꝯiugationis ſunt et ſuoꝝ ꝑmitiuoꝝ genꝰ ſeruāt: preter ſcitoꝝ et ſciſſitoꝝ que deponētia ſunt: lz ſcio ſit actiuū.

¶ Continuatiuū eſt qđ in ſco definit: vt ſoꝛdeſco cōualeſco: ⁊ ſigꝫt nō inchoationē ſed incrementū ꝯtinuū: vt egreſco regredior fio vſurpāt̄ tñ multa ex his in ſco terminantibꝰ ꝓ primitiuis: vt adhereſco/dūreſco/cōcupiſco/labaſco/abdormiſco/conticeſco/expaueſco et his ſimīlia ⁊ formāt̄ a ſcōa perſona indicatiui primitiua addita co: vt a caleo/es. caleſco/cis. Preter hec cū cōpoſitis qđ facit eſco/deſco/⁊ faciſco: ⁊ plerūq; a ꝟbis neutris deſcendūt aliqñ tñ a deponenti mutata ris in ſco: vt a miſereoꝝ/eris. miſereſco ⁊ ſunt neutra ola et tertie cōiugationis et preteriti vocē habent primitiuoꝝ: differunt tamen ſignificatio preterita continuatiuoꝝ ⁊ primitiuoꝝ: vt herba exaruit: ſenſus eſt ſi exaruit a primitiuo deſcēdit q̄ iam nō exaret: ſed modo aut olim exarebat ſin a continuatiuo deſcēdit: ſenſus eſt q̄ iam facta eſt arida.

¶ Deſideratiuū eſt qđ in rio (vt eſurio) deſinit ⁊ non meditationē ſed deſiderīū ſigꝫt vt lecturio. i cupio legere/nō meditoꝛ legere/eſurio. i. cupio eſſe nō meditoꝛ eſſe: et formāt̄ ab vltimo ſupino correpta u/⁊ addita rio: vt a lectū lecturio/eſu/eſurio: ⁊ ſunt quarte cōiugationis.

¶ Diminutiuū eſt qđ in lo vel in co definit ⁊ diminutionē ſui primitiui ſigꝫt: vt ſoꝛbeo ſoꝛbillo. i. parū ſoꝛbeo/a fodio fodico. i. parū fodio: hec quoq; prime cōiugationis ſunt et genus primitiuoꝝ ſeruāt. Sed certā formā nō habēt nec in oībꝰ verbis in vſu ſunt.

